



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &  
Generaliora**

**Possevino, Giovanni Battista Bernardino**

**Coloniæ Agrippinæ, 1645**

De publicatione decreti circa Matrimonium editi à Conc. Trid. sess. 24.  
Cap. I. Sectio I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42220**

\*\*\*\*\*  
**DECLARAT I O N E S**  
 SACRÆ CONGREG.

**CIRCA DECRETA CONCILII**  
 Tridentini de Matrimonio, & Sponsa-  
 libus ex sessione 24.

Consule, legeq; diligenter caput primum Co-  
 cilij Trid. de reformatione Matrimonij.

De publicatione decreti circa Matrimonium editi  
 à Concil. Trid. sess. 24. Cap. I.

S E C T I O   I .

**P**ost dies 30. Decretum Concilij  
 Tridentini irritans matrimonia clá-  
 destine contracta, absque licentia  
 proprij Parochi, incipit habere ro-  
 bur post 30. dies à die publicationis ipsius. De-  
 creti in Parochiæ factæ: quæ tamen publicatio  
 sic facta post Calendas Maij 1564. iuxta bullam  
 Pij IV, tenet: Sicque duplex tempus concur-  
 rere debet vnum post dictas Calendas Maij anni  
 1594. alterum post 30. dies à publicatione; adeo  
 ut si ante dictas Calendas facta fuisset publica-  
 tio, decretum non obligasset matrimonia con-  
 tracta ante publicationem præteritam Decreti  
 de Reformat. Matrimonij in Parochia contra-  
 hentium factam: ideo ante publicationem im-  
 ta non sunt, nec irrita declaranda.  
 2. Ea matrimonia irrita à Concilio Tridenti-  
 no declarantur, quæ post 30. dies, à die publica-  
 tionis

ionis decreti in Parochia factæ clandestine contrahuntur.

3. Vbi Concil. Tridentinum nondum publicatum fuit, vel intra 30. dies à die publicationis, matrimonia non sunt irrita.

4. Adie primæ publicationis. Hoc decretum reformationis matrimonij ad hoc, ut robur sum accipiat, necesse in Parochijs publicatis; nec eius publicatio in diœcesana synodo facta æquipollat.

5. Publicatio decreti Concilij Tridentini de reformatione matrimonij in Synodo Diœcesana non æquipolle illi publicationi, quam idem Concilium præcipit fieri in singulis Ecclesijs Parochialibus,

6. Si verba hæc, videlicet quod fierent matrimonia præsentibus Parocho, & testibus, aliquin essent irrita, fuerint publicata in parochia, sufficit & æquipolle publicationi totius decreti, quantum ad matrimonij irritationem.

## DE DENUNCIATIONIBVS præmittendis.

### S E C T I O II.

7. **P**UBLICÆ denuntietur, denunciationes si omitterentur, per hoc matrimonium irritum non est, seruatis tamen cæteris requisitis.

8. Quibus denunciationibus factis Concilij Rauennat. 2. fuit approbatum decretum in Congregatione, quod hi, qui peractis denunciationibus intra quatuor menses nō contraxe-

V 3 rint,